



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de  
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. XI. De Aqua benedicta & cereis atq[ue] luminaribus Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

collyrii eumq; in luce statuat & regione vi-  
Hæreti- corum vorum, in finibus Abraham, Isaac &  
corum Lib. II. Jacob, in loco unde aufugit dolor, &  
tristitia, atque gemitus. Hæc ille.

3. Itidem beatus Joannes Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, & a-  
ss. Ioan- nes Chrys. lii quamplures afferunt, ab Apo-  
stolum, stolis sanctum fuisse, ut Sacerdos  
Gregori- in Missæ Sacrificio memoriam fi-  
us, & delium defunctorū agat: id quod  
Ioannes Damascenus abundè do-  
cet in Sermone quem de Defun-  
ctis scripsit. Unde etiam in Li-  
turgia Chrysostomi legimus hanc  
precationem: Honorabilium, in-  
corporearum, supercelestiumq; Po-  
testatum, & sancti Propheta Pra-  
cursoris ac Baptista Joannis, sancto-  
rumq; Apostolorum glorioissimo-  
rum, atque omnium Sanctorum tuo-  
rum Supplicationibus respice nos  
Deus, & memento omnium qui in re-  
surrectionis viteq; eterna spe obdormierunt, eosq; fac requiescere ubi  
cernitur lumen vultus tui. Hæc ibi.

4. Quòd si pro defunctis oran-  
dum est, planè Purgatorium est.  
Non ora-  
re tur pro  
mortuis,  
nisi esse  
Purga-  
toria. Nam cùm neque pro illis qui in  
cælum, neque pro his qui in in-  
fernū recepti sunt, orare conve-  
niat (illi enim non egerint, isti ju-  
varinon possunt, viventium pre-  
cibus) fatendum est, animas eo-  
rum defunctorum, pro quibus o-  
ramus, neque in cælo neque in  
inferno esse; sed esse alibi, ubi ad-  
huc purgantur.

5. Nisi quorumdam peccatorum  
Effe Pur-  
gatoriū  
probatur  
variis. purgatio etiam post mortem, hoc  
est, in futuro sæculo fieret, Chri-  
stus non protulisset istam senten-

tiam: Quiung; dixerit verbum, &c. Matt. contra Spiritum sanctum, non remittitur ei, neque in hoc sæculo, neq; in futuro. Innumeræ revela-  
tiones viris feminis que sanctissimis  
divinitus factæ, & ipsæ defuncto-  
rum animæ, quæ novissimis hisce  
temporibus frequenter (Deo ita  
disponente) viventibus apparent,  
maximeque in violabilis Ecclesiæ  
Catholicæ auctoritas, abundè te-  
stantur esse Purgatorium, etiam si  
illud divinæ Scripturæ antiquo-  
rumq; Theologorum verbis com-  
probari non posset.

## CAPUT XI.

De Aqua benedicta, & cereis atque  
luminaribus Ecclesia.

1. Aqua benedicta usi in primaria Ecclesie, & illius efficacia contra fraudes damnum;
2. Cereorum item & luminarum, olei & lampadarum, tam in templo quam in exqui-  
mortuerum.

**D**e Aqua benedicta Alexander  
Summus Pontifex, & Vix  
Martyr Dei inclytus, in quadam  
epistola sua ante annos mille  
quadrincentos scripta, loquitur  
hunc in modum: Aquam sale con-  
spersam populis benedicimus, ut ea  
cuncti aspersi sanctificantur ac puri-  
ficiantur: quod & omnibus Sacerdo-  
tibus faciendum esse mandamus.  
Nam si cinis vitule aspersus popu-  
lum sanctificabat atque mundabat;  
multo magis aqua sale aspersa, di-  
vinisq; precibus sacrata, populum  
sanctificat atq; emundat. Et si sale  
asperso per Eliseum Prophetamste-  
rilicas

## CAPUT XII.

*De externis ritibus atq; ceremoniis  
& de Festis.*

1. *Externae ceremoniae in Officio divino, &  
precibus, adjuvant internam devotionem, corpus-  
que Deo humiliant.*

2. *Festorum dierum observatio ab Apostolo  
instituta fuit, ut S. Ignatius testis est.*

**D** EUM nostrum, qui spiritus 1.  
est, recte colimus, non spi-  
ritu solū, sed etiam corpore ex-  
ternisque ritibus; nempe capitales  
inflexione, genuum submissione,  
manuum elevatione conjunctio-  
neque, vocis prolatione atq; can-  
tu, & aliis consimilibus modis.  
Nam cùm nos non ex invisibili  
tantum, sed ex visibili quoque  
constemus naturā, justum omni-  
no est ut ipsi Conditori nostro  
duplicem adorationem offera-  
mus, videlicet invisibilem & visi-  
bilem. Parum quidem aut nihil  
prodest externa adoratio, si defit  
interna; per externam tamen, in-  
terna plurimum juvatur. Eas cæ-  
rimonias divini cultus, quas Ec-  
clesia observat probatque, conve-  
nientissimas esse agnoscit, quis-  
quis rerum sacrarum rationes per-  
didicit, & humilis est.

**F**estorum dierum meminit quin-  
quagesimus primus Canon Apo-  
stolorum in hunc modum: *Si quis* 2.  
*Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconi,* Apostola  
institue-  
runt Fe-  
storum  
observan-  
tiam, te-  
ste Cano-  
ne Apo-  
stolico, &  
S. Ignat-  
*cera, holocaustum est: incruenta*  
*autem Hostie oblatio, propitiatio est:*  
*quod vero in pauperes confertur be-*  
*neficium, omnis bona retributionis*  
*est augmentum.*

Cccc Joan-

**Colliguntur** rilitas aquæ sanata est; quanto ma-  
gis divinis precibus sacrata, sterili-  
tatem rerum auferit humanarum, &  
coquinatos sanctificat atq; expur-  
gar, ac cetera bona multiplicat, &  
insidias diaboli avertit, & aphan-  
tasmaticis versutiis hominem de-  
fendit. Nam si tactu fimbria vesti-  
menti Salvatoris salvatos infirmos  
esse non dubitamus; quanto magis  
virtute sacrorum ejus verborum di-  
vinitus sacraneur elementa, quibus  
sanitatem corporis & anima huma-  
na percipit fragilitas? Hæc Ale-  
xander.

**Item lu-**  
**minarij,**  
**ex era**  
**& oleo,**  
**tam in**  
**Ecclesia,**  
**quam in**  
**exequiis**  
**defunctorum ex**  
**principiis sa-**  
**culi; jux-**  
**ta S. Atha-**  
**nasi.**  
  
**C**ereos & luminaria etiam Apo-  
stolorum temporibus in locis  
Deo consecratis fuisse, testatur  
septuagesimus primus Canon ip-  
orum Apostolorum: cuius Ca-  
nonis verba sic habent: *Si quis Ca-*  
*lericus aut laicus ceram vel oleum*  
*ex sancta surripuerit Ecclesia, à*  
*communione excluditor.* Sanctus  
Joannes Damascenus in Concio-  
ne de Defunctis, citans Athana-  
sium, ita loquitur: *Athanasius il-*  
*le Magnus in Sermonे undecunque*  
*concinno, quem in eos qui obdormie-*  
*runt scripsit, hac dicit: Etiam si is*  
*qui in pietate defunctus est, sub dio*  
*collocetur, ne omiseris oleum & ce-*  
*ram (invocato Christo Deo) ad se-*  
*pulchrum accendere: accepta enim*  
*Deo sunt hac, plurimamq; ab ipso*  
*referunt retributionem. Oleum enim*  
*& cera, holocaustum est: incruenta*  
*autem Hostie oblatio, propitiatio est:*  
*quod vero in pauperes confertur be-*  
*neficium, omnis bona retributionis*  
*est augmentum.*